

DISSESSATIO NAVIGRALIS PHILOSOPHICA

D E

M I R A C V T I S

SUPREMI NAVMINIS AVSPICIO

IVSSV AC INDVLRV
AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

PRAESIDE

IOH. HENRICO MVLLE RO

PHILOS. NAT. ET MATHEM. P. P.

DN. PATRONO ATQVE PRAECEPTORE SVO
MAXIMOPERE COLENDO

PRO SYMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBVS

LEGITIME OBSTINENDIS

D. XIX. IVN. A. R. S. CLX. LCC. XIV.

PUBLICO ERUDITORVM EXAMINI
SVBIUICET

CONRADVS FRIDERICVS FEVERLINVS
NORIBERGENSIS.

Altiorfi

TYPISSOD. CIVIL. KOHLESII ACAD. TYP.

(20.)

1714
Mull

VIRIS
ILLVSTRIBVS GENEROSISSIMIS
AC PRUDENTISSIMIS
DN. CHRISTOPH. FVRERO
A B HAIMENDORF IN WOLKERSDORF
EMINENTISSIMI ELECTORIS MOGVNTINI
DIVERSORVM QVE S. R. I. PRINCIPVM
CONSILIARIO INTIMO
TRIVMVIRO ET ECCLESIARVM EPHORO
DN. GEORGIO GVSTAVO
DN. TEZELIO

IN KIRCHENSTENBACH IN VORRA ET ARTELSHOFEN

SEPTEMVIRO

DN. IOH. CHRISTOPHORO
DE IMHOFF

IN MERLACH ET STEPHANSMVHL EN
EMINENTISSIMI ELECTORIS MOGVNTINI ET
EPISCOPI BAMBERGENSIS CONSILIARIO INTIMO

DN. LEONH. GRVNDHERRO
A B ALTENTHAN IN VVEYERHAUS
ILLVSTRIS REIPVBL. PATRIAE
SENATORIBVS CONSVLARIBVS
ACADEMIAE ALTOREFINAE CYRATORIBVS

DOMINIS ET MECAE NATIBVS
SVS OMNIVDSE QVIO ANIMIQVE SYBMISSIONE
PRO SE OVENDIS
HANC DISSERTATIONEM IN AVGVSTALEM
D. D.

CLiens EORVM obsequiosissimvs
CONRADVS FRIDERICVS FEVERLDVS
NORIBERGENSIS

Q. D. B. V.

§. I.



Mplorata Diuni Numinis Clementia, vt praesentem Dissertationem inauguralem conscripuro sufficientes corporis animique vires impertiri velit, circa villas proemii ambages rem ipsam aggredior. Quod igitur primo ad Vocem Miraculi eiusque Etym. vocis Ex. logian attinet, a mirando, prout Grammatica, nomen habere cuius patet; cum Graeca, αντρά Γερμā, nomine signi- ficiat, nec ratio huius deriuacionis e longinquu peti debet, quippe ex eo facile cognoscitur, quod in omni miraculo spectantes vel audientes in summam admirationem rapiuntur, et stupore quodam suum de insolita eiusmodi operatione iudicium declarant. Quare hisce non immorati, potius de variis huius vocis, signi- ficationibus disquiremus, ne diuersimode intellecta voce, con- fusio aut Lectori, aut nobis ipsis, exortatur. Visupatur autem plerunque de quibusdam effectibus, isque vel naturalibus, vel artificialibus, vel supernaturalibus. Prima vociis acceptio iis maxime est solennis, qui toties miracula naturae crepant, et opera a natura eleganter producta hoc nomine insigunt, sive ex quotidiano huius vniuersi adspectu ea nobis innotescant, sive tanquam rariora atque insolita peculiari quodam scrutinio inuenientur. Ab hac significacione parum recedit illa, qua saepius prodicia, variaque ostenta et portenta, quorum phaenomena vulgo trifles rerum eventus praefagire existimantur, nominem miraculorum veniunt. Exempli loco SENECAM adduxisse sufficiat, qui Nat. Quaest. L. VII. c. I. Nemo, inquit usque co- rigit, et hebes et demissus in terram est, ut ad divina non e-

A. 2

rigatur.

Rosenkranz

2/3/86
\$15.00

regatur, ac tota mente consurgat, utique ubi nouum aliquod e coelo miraculum fuit, quod de insolitis quibusdam astrorum mutationibus, praesertim de Cometis (quorum natura per totum librum ex instituto pertractatur) contextu id docente, intelligit.

Aiterea huius vocis significatio (qua effectibus etiam artificialibus tribui supra dicitur est,) ab illis portissimum adhibetur, qui partim aedificiis artis vel mole sua admirandis nomen miraculi indiderunt, unde celebriora septem mundi miracula; partim insolitos ac stupendos Magiae naturalis (quam ad artificialia, ob peculiarem caussarum naturalium applicationem, quae ad artificium requiritur, referre non dubito) effectus miracula denominarunt, id quod Henr. Corn. A GRIPPA Lib. de Van. Scient. c. 42. refatur, ubi tradicta Magiae naturalis descriptione, naturalium virtutum adminiculo, ex mutua earum et opportuna applicatione, suspenda sacre miracula consurgere arbitratur, non tam arte, quam natura, cui se ars illuminisfram exhibet haec operant. Terra denique vocis Miraculi significatio, quae effectibus supernaturalibus tribuitur, adeo est recepta, vt Miracula subinde per effectus supernaturales definiri audias. Omnes isti significatus haec tenus recenti in eo quidem fere convenient, quod rari atque insoliti quid in iis contingit; tametsi vero potestimo loco nobis allegatus veram miraculorum indolem quam proxime attingat, non possum tamen, quin ab illo significatu aliquatenus recedam, et per miraculum operationem potius ipsam (quippe in qua & Gaupeior illius proprie consistit, et quae effectum simul includit) quam hunc solum, intelligendam esse existimem. Cum autem ipsae quoque operationes variant prodicia, quam modo explicuimus, effectum varietate, et alliae quoque naturales, artificiales aliae, aliae denique supernaturales sint dicendae: definitione quadam miraculi suppeditata, ut distinctum eius conceptum eruanus, operae premium sive duco.

§. 12.

§. 11. Per miraculum itaque nobis intelligitur insolita quae-*Diffratio.*

dam Operatio, in rebus creatis sub praesenti naturae statu se-*se exserens*, talenque effectum producens, cuius ratio per le-*ges naturae* ordinarias explicari nullo modo potest, sed potius iis saluis (tanribus prorsus repugnat, adeoque has necessario aliquandiu suspensas, aliasque in harum locum substitutas, exigit. Hacce definitione fundamenti loco praemissa, uniuersae nostrae tractationi lux affundetur. Quae enim differencias lo-*co hic adducuntur*, ita sunt comparata, vt ab omnibus reli-*quis Operationibus* notionem nostram satis superque distin-*guant. Cum enim dicimus, esse operationem in rebus creatis* sub praesenti naturae statu *se exserentem*: *excludimus a miraculi significazione opus creationis*, quod alias inter miracula maxima referri posset, licet improprie, quia per illud Deus le-*ges naturae* demum condidit, adeoque hoc ipso praeter illa-*rum ordinem effectum quendam producere nondum potuit*: id quod etiam verbis sequentibus indicamus: *talemque effec-*ctum producens*, cuius ratio per leges naturae ordinarias ex-*plicari nullo modo potest.* Quibus verbis posterioribus miracu-*lum etiam ab omnibus aliis Operationibus supra circa* distinguitur: licet enim in eo, quod insolitum nominatur, cum aliis operationibus tam naturalibus, quam artificialibus, saepius conueniat, ineo tamen quam maxime ab ipsis differt, quod ratio talium Operationum legibus naturae ordinariis tandem conformis reperitur, vel latrem suspicio non iniusta adest, rationem subesse naturalem, quod, si opus esset, variis exemplis posset illustrari. Unica saltet qualicatum, quas occultas vocare solent, mentione facta, illud facile cognosci potest. Quam varia enim Magnetismi sympathiae atque antipathiae pro-stant exempla, quorum operationes sensus longe excedunt, effectus autem spectatorum animos, miraculi instar, summa qua-*dam admiratione afficiunt; nihil minus solerti peruestigatione infi-**

instituta, tōusque iam processum fuit, vt tandem rationis interteruentū istas operationes quodammodo cognoscerentur, natūraeque legibus admodum conformes inuenirentur, tantum abeſt, vt ad extraordinariam Dei virtutem miraculoſe operantem recurrentum eſſet. Id quod et de alij est pronunciandum, quorum ratio nondum est perspecta; neque omnis tamē ſpes amissa, fore, vt ſuccefſu temporis, maiori ſolertia addibita, illorum cum naturae legibus conformitas inveſtigetur. Cum autem in miraculis illa ſpes nunquam apparet, neque viuo modo ſecundum naturae leges eorum ratio explicari poſſit, ſatis aadequatam eorum differentiam in definitione allatam exiſtimō.

ſ. III. Cæterum miraculorū conſideratio tanti eſt monumenti ac amplitudinis, vt ea partim ſecundum reccrationis nis ducent, partim ſecundum diuinam reuelationem iuſtitui, adeoque et Theologus et Philosophus ſua ſibi vendicare poſſit, citra factam vniuersitatem alterius limites transgressionem. Praefertim agit, vt factorum finem et viuum explicando, praecipue valorem probandi respiciat, et doctrinae Christianae Praefertiam diuino robore communitam argumentis, a Miraculorum veritate petitis, defendat. Hic autem ſolum rectae rationis dictamen fecutus, conſiderata miraculorum indeole, eorum poſſibilitatem euincit, et contra obiectiones vindicat, ſimilique, quomodo ab operationibus naturalibus ſint diſtinguenda, docet. Quare et ego in Philosophorum ſoro iam conſtitutus huic trinitati iuſſitam, et, quanquam plura hac de re iam pertractata fuerint, quoddam post meſsem ſpicilegium iuſtituam.

ſ. IV. Cum ergo Philosophicam miraculorum diſquisitio- nem fulcipro, ante omnia milii incunabit operam nauare, vt ſtatus quaefitionis hic ventilandae rite et accurate formetur. Probe itaque tenendum, nobis in praefenti non de eo quaefitionem eſſe, an dentur miracula? cum enim iſta conſideratio certa quaedam facta respiciat, quæ ſola fide historicā iuntur, facile

facile pacet. Philosophum rationibus duntaxat militantem, quae potalem, ad quaestione illam decidendum non teneri, quae postulatus Theologo, ex Historia Sacra rem aestimanti, vel Historico cuius, rerum gestarum documenta colligenti, relinquenda esse videatur. Sed potius ita quaestione formare Philosopho incumbit, an possibile sit, fieri miracula, hoc est per definitionem Miraculi §. II. tales operationes, quorum ratio per ordinem Miraculi. Cumque affirmarias naturae leges explicari nullo modo posset. Cumque affirmativa sententia, a multis licet in dubium vocata, accurate tamen rem metenti non possit non approbari: itaque et nobis veritatis huius evidentia erit demonstranda, et contra aduersariorum obieciones, tanquam omni exceptione maior, vindicanda.

¶. V. Antez vero, quam ipsa huius sententiae demonstratio. Quid sit legatio a nobis ducatur, dispiciendum est, quidnam per leges naturae operationes eiusmodi miraculosa minus conformes esse dicuntur, intelligendum sic. Hasce autem leges naturae (quas sensu physico, non morali, hic accipiendas esse, per se patet) vocamus illum creaturarum ordinem, illasque Conditiones, summo Conditore rebus creatis praescriptas, quiibus omnes, effectus naturales vulgo contingere quotidiis existunt, per quodsi autem istas conditiones, secundum quas omnes perimur. Quodsi autem eventus dijudicantur, accuratius sunt declaraturum naturalium eventus expediri potest. Leges motus rurandi; illud quam optimè per Leges Motus expediri potest. Cuius enim, qui vel primis, quod ajunt, labris scientiam naturalis degustavit, satis erit comprehendere atque exploratum, quicquid in universa natura fit aut efficitur, per motum quemdam fieri. Sic enim omnes mutationes, quarum totus naturalis ordo secundissima mater est, non nisi per motum quendam explicari possunt, cuiuscunque etiam generis concipiuntur. Siue enim essentiale mutationem tibi sitas, ut generationem

vel corruptionem: sive accidentalem, eamque in quantitate, vt augmentationem, diminutionem, vel qualitatem, vt alteratio nem, vel ipsum denique motum localem tibi repraesentes: ubi que motum videtis dominari. Ille autem motus ordinarie certa quadam ratione determinatur, certisque conditionibus est adstrictus, quae vulgo Leges motus appellantur, atque supremo Numini suam debent originem, quod easdem praesenti rerum statu libere, nec tam in fine ratione, constituit, et, nisi pro sapientissimo suo consilio aliter ipsi visum fuerit, constanti tenore in creaturarum regime observandas introduxit. O prime hoc argumentum deduxit BERNEARDVS CONNOR in Medicina Mystica de suspensis naturae Legibus, sive de Miraculis Artic. V. ubi porro Artic. V. l. recensis tribus praeceps motus legibus, & quibus adhuc aliae deduci possunt, tandem etiam ex triplici earundem suspensione (quae tamen semper cum aliis, ad exiguum tempus valentium substitutione est intelligenda) modum quadrantem ostendit, quo omnis generis miracula produci potuerint, vel saltant explicari possint arbitratus, animum veritatis avidum non faciari, si miraculorum interpretes ad supremam Numinis potestatem coeca mente recurrere soleant, nec simul modum ostendant, quo ita miracula produci queant.

Miraculum spacio.

§. 1. Nos, qui Lectori nostro ex proxime dicendis jumentis, de modo miracula producendi, relinqueremus, quam ipsimet aliquid definire malum, ad quaestionem nostram §. 1. propositam revertimur, & postquam §. 5. per Leges naturae ipsas leges motus intelligendas esse demonstravimus, eandem in comprehendendo denuo sequentibus verbis proponimus: An possibile est, Leges Motus ordinarias aliquandi suspensi, aliasque in iliarum locum substitui? De hujus enim quaestions possibilitate ubi constiterit, nemini, credo, de miraculorum possibilitate poterit dubium superesse. Ad hanc igitur quaestionem, cum

supra jam §. 17. affirmando responderimus, nunc arguments expendenda erunt, quae assertiois nostrae veritatem evincant. Primum itaque argumentum generale nobis esto, quod in tota hac quaestione nihil vispam apparet, quod abolutam quandam inuoluat impossibilitatem. Cuius veritatis evidentia. vt, clarius Prob. I. parecat, probe tenendum, quomodo id, quod simpliciter et absolu te impossibile haberi potest, comparatum esse debet. Notum autem est, illud demum dici posse absolute et simpliciter impossibile, quod tam contradictionem involvat, vt si unum de altero affirmare velimus, alterutrum necessario destruatur e. gr. si quis dicere vellet, Deum esse creatum, finitum, mutabilem, idem simul et eodem respectu esse, et non esse etc. Iam vero si illud ad institutum nostrum applicemus, quo Leges motus aliquando suspendi, aliasque substitui posse asseruimus, ne species quidem contradictionis appetit. Neque enim Legibus motus absoluta competit necessitas, aut veritas quaedam aeterna, vt oppositum earum contra omnem rationem esse dicatur, prout bene obseruauit Perillustris LEIBNIZIVS in Effais de Theodicee, conf. ejus recentio Latina im neuen Zücher, Gagl Part XIIIX. praesertim p. 384. Sed cum saltem in decreto quodam consistant, quod liberam Dei electionem supponit, adeoque tantum necessariae, quod aiunt, secundum quid dicendae sint: facile appetet, quotiescumque in miraculo a legibus illis ordinariis recepit, illud fieri tantum prater confutum naturae ordinem, et licet a ratione non velut naturale quoddam comprehendendar, neque tamen propraea negari, aut contradictionis posse argui; sed certum est, Neque minus sententiae nostrae robur Prob. II. secundo accedit, si Diuinae Libertatis et sapientiae ratio ubi constiterit, nemini, credo, de miraculorum possibilitate habetur. Quis enim vniuersi systematis mundani Conditorem poterit dubium superesse. Ad hanc igitur quaestionem, cum tanquam necessitate adegit, vt ei Leges Morus, quae nunc su-

Hancque §. *§. 2.* Nos, qui Lectori nostro ex proxime dicendis jumentis, de modo miracula producendi, relinqueremus, quam ipsimet non esse ab solute impossibiliem probatur,

exsistunt, necessario semper et ubique obseruandas praescribent? quis, quaeſo, earum ipsi auctor fuit? Annon pro libera voluntate ſapienſiſimoque conſilio, prout omnia, ita et eadem ordinavit? Cum ergo ab omni, quanta quanta ſit aut excogitari poſſit, neceſſitate externa quam maxime immuniſit ac independens, omniaque non libere minus, quam ſapienſit, moderetur: nihil in vniuersa rerum natura ipsi impedi-mento eſſe potest, quo minus eadem libertate, qua Leges haſce antea praefcriptis, pro infinita ſua ſapientia abolere poſſit, vel ſaltem aliquandiu ſuspendere, aliasque, ino coa-trarias, infinita maiestatis ſuae virtute, in earum locum ſurro-gare. Accedit tertio illa quoque ratio, quod ex parte Dei non maior potentia ad legum iſtarum ſuspensionem, quam ad primam earundem conſtitutionem, requiratur. Neque enim ſecundum fallam nonnullorum perſuasionem censendum eſt, tantum ad patranda miracula, legumque naturalium ſu-pertantium ad Dei virtutem requiri; ad effectus vero natu-re, immensam Dei virtutem requiri, id promteconſequatur, ad legum naturalium introductionem atque conſeruationem, adeoque omnium effectuum naturalium pro-ductionem, eandem, nec minorēm, Dei virurem requiri, quam ad omnes eventus extraordinarios, ex miraculis proue-nientes: atque ita ab eadem diuinae voluntatis virtute, quea-cas condidit, leges naturales poſſe ſuspendi, aliaſque in ea-rum locum ſubſtitui.

Ame pre-ter Dext- **ſ. VII.** Hinc facile diuidicari potest quaefatio, anne praeter etiam crea-turam etiam creaturam, v. gr. Angelis ſive bonis ſive malis, item miracula hominibus, facultas miracula edendi competat? Varietate in di-verfa abierunt eruditii, et rationibus utrinque allatis rem di-uerſimode aſtimarunt. Verum ſi, quea huc vſque dicta fue-runt, accuratius penſantur, et vera miraculorum ratio habeatur, dubium non eſt, quin eiusmodi facultas ſoli Deo, omnium rerum co-

conditori, ſit adſcribenda. Cum enim ad miracula producenda legum naturalium ſuspensio, aliarumque noua quaſi sanctio requiratur, non temere quempiam eo audaciae processurum eſſe credo, vt creaturecuidam eiusmodi facultatem affignare velit. Quemadmodum enim nulli voquam creatureaſ a ſummo Conditore ius atque dominium in praefentem naturaeflatum fuerunt concesſa, qui potius ſenſe conſtituto Legum iſtarum ordinis ex divina voluntate singulariter obtemperare debeantita nec facultas ordinem illum ſuspendendi, aut alio quoconque modo turbandi ipſis conceditur, niſi earum virtus ab ipſo Conditore peculiari quodam influxu ad eiusmodi operationem determinetur. Atque ſic neque Angelorum potefas, licet captum noſtrum longe excedens, tanta pollere efficacia videtur, vt operationem ſolo Creatore dignam, facta nimirum legum naturalium ſu-pensione, poſſit producere. Quae enim de honorum Angeli-orum operationibus miraculosis in Sacro praefertim codice re-periuntur, non tam ex illorum, quam potius ex diuina virtu-te aſtimanda veniunt, qua inſtructi et ſupra naturae ſuae vires eleuati, ministrorum iſtarum, Creatoris voluntarem exequun-tur; vel si quaedam propriis illorum viribus competitor, hoc ipſo non miraculum, ſed naturalēm operationem, licet a noſtris multum diſcrepantem, edidisse censendi forent. Quae autem miracula malorum angelorum ope producta vulgo re-afuererat, vera miracula neuiquam a Cacodaemoni, ſed ſo-lius Dei virtute produci poſſe: neque ſensus noſtrorum rite conſtitutos, et cum attentione quadam adhibitos, unquam ex-coocari.

cocari , adeo ut si per Magos vera miracula fuerint producta , ea neutiquam Cacodaemoni , sed ipsi Deo , per magos tanquam organa operanti , esse adscribenda . Cui se opposuit laudatus HENRICI , et FLEETWOODI sententiam , cui antea ipse met addic tus erat , post examen illius institutum refutauit in libro , quem inscriptis der mächtige und ohnmächtige Zeuffel edit . Lips . 1708 . 8 . Illud sane in dubium vocare nemo potest , sensus nostros quam plurimis deceptionibus esse obnoxios , et cum homines aliquando stupenda manuum agilitate spectatoribus illudant , multo magis Cacodaemonem , naturae et milie artium peritis simum , glaucoma nobis posse obliuere , vt praefigias variasque sensuum deceptions saepius miraculorum instar suspiciamus . Conf . de Magorum Aegyptiacorum praefigii SCHORRI Physica Curiosa Lib . I . Capr . XXX . § . III . Quodsi autem vera per Cacodaemonem miracula patrata fuerint , quorum euentus tamen rariores forte erunt ; eadem ratione , qua supra de bonis Angelis , etiam hic erit sentendum : quippe non virtute ipsius propria , sed speciali numinis concursu , ad finem sapientiae ipsius conformem obtinendum , euenerunt , adeoque nec ex hoc argumento Diuinae Omnipotentiae quicquam derogari potest . Cum ergo omnibus Spiritibus , licet tam excellenti natura a Deo praeditis , miraculorum edendorum facultas denegari debeat , quanto minus homini cuidam , eiususcunque etiam sit virtutis ac potentiae , possit assignari . Cuius tamen sententiac CORNELIVM AGrippaM vulgo accufari notum est , cum passim libro de Occulta Philosophia artem miracula conficiendi suppeditare conatus fuerit : imo interficere VI Libr . III . ita inscripsit : *quomodo anima humana scandat in naturam diuinam , efficatur & miraculorum effectrix ?* licet alibi sententiac huius absurditatem ipse cognovit , cum Libr . de V . S . c . 47 . de Cabala , veritate adactus , ita loquatur : *Quod ad miraculorum operationem attinet , nec* mi-

¹³

minem vestrum patet tam solidam certitudinem , qui de iis credit ab quam habere artem vel scientiam . Illud in terrena , tanquam veritati miracula primario non nisi Supremo Numinis , neque vili Creaturae , posse assignari ; tametsi illud facile concedamus , Deum saepius per angelos atq ; homines , tanquam organa peculiari virtute instructa , fuisse operatum , ut adeo duae miraculorum classes conflitu posint , quarum altera , quae immediate , altera autem , quae mediae per talia instrumenta a Deo prouenerunt , comprehendat . § . VII . Posteaquam sententiae nostrae veritatem de miraculorum possibilitate , vt ita dicam , allatis rationum momentis , considerauimus : restat tandem , vt a differentiunt obiecitionibus pro virili eandem vindicemus . Sunt enim , qui partim falsis hypothesibus innixi , partim diuersam miraculorum notionem sibi formantes , dari posse vere et proprio dicta ^{Spinozae} miracula , negarunt atque pernegarunt . Inter quos facile sententia , de net BENEDICTVS SPINOZA , celebrissimus ille Mysteri , de Deo ab hoc vniuerio non distincio , restaurator et propugnat , qui in Tractatu Theologico - Politico , Hamburgi 1672 . 4to . *eternitas* edito , cap . VI . de Miraculis , abominandam suam hypothesis vberius declaravit , et ex negatis miraculis non exiguum illi robur acceſſum esse censuit . Hinc in isto capite citato , vbi quatuor sibi demonstranda proposuit , inter alia hanc theſin format : Nihil contra naturam contingere , sed ipsam aeternum , fixum et immutabilem ordinem seruare . Cum sub initium huius Capitis sententiam de Miraculis ad praeiudicia et opinionem vulgi retulisset , arbitratus , eius partim superficiosa devotionem , partim cupiditatem aduersandi iis , qui scientias naturales colunt , ansam praebuisse , vt opera naturae insolita miracula vocaret : in sequentibus theſin ante ci- tarum pluribus rationibus enincere conatur . Supponit nimirum , omne id , quod Deus vult siue determinat , aeternam nec-

necessitatem et veritatem inuoluere. Ex hoc , quod cap IV. iam satis demonstrasse purat, ita porro infert, quae verba , vt ipsius SPINOZAE mens eo clarissim pareat , hic allegasse non inconsultum duco : *Osteendimus ex eo , quod Dei intellectus et Dei voluntate non distinguuntur , idem nos affirmare , cum dicimus , Deum aliquid velle , ac cum dicimus , Deum id ipsum intelligere : quare eadem necessitate , qua ex natura et peresse dudem sequitur , Deum eandem , ut est , velle.* Cum autem nihil , nisi ex solo divino decreto verum sit , hinc clarissime sequitur , leges naturae universales mera esse decretae Dei , quae ex necessitate et perfectione naturae diuinae sequuntur . Si quid igitur in natura continget , quod eius universalibus legibus repugnaret , id decreto , et intellectui , et naturae diuinae necessariogram repugnaret : si quis statueret , naturae contra leges naturae agere , is simul etiam cogerestatuere . Deum aliquid contra naturam suam agere , quo nihil absurdius . Porro : Nihil igitur in natura contingit , quod ipsius legibus omnibus repugnet : at nec etiam aliquid , quod NB. cum iisdem non conuenit , aut ex iisdem non sequitur : nam quicquid sit , per Dei voluntatem et aeternum decretum fit : natura itaque leges et regulas , quae aeternam necessitatem et veritatem inuolunt , quamvis omnes nobis notae sint , semper tamen obseruat , adeoque etiam fixam argue immutabilem ordinem . Caetera ad eius hypothesin redeunt de una eademque Dei et naturae potentia , quarum utramque infinitam statuit . Vnde concludit , *nomen miraculi non nisi respectu ad hominum opiniones possit intelligi etc.*

g. 10. Quamuis autem Spinoziana ista demonstratio aliquam evidentiae speciem prae se ferat ; non tamen defuerunt viri fatis qui Spinozam refutati , qui horum argumentorum imbecillitatem ita denuntiarentur quodam consilio eas ita dispositis atque ordinavit . Quando autem porror inserit , si quid in natura continget ret

tius Miraculorum veritas ex destructo obiectionum robore tanto magis confirmareur . Ut enim H. Morum in epistola ad V. C. conscripta , et FRANCIS CVM CYPERV M in Arcanis Athelstani revelatis , quorum posterior tamen C. L. MORHO FIO Polyh. T. I. L. I. c. 8. paulum languidor videtur , aliosque silentio praeterream , etiam REGNERVS A MANSV EL libro singulare , aduersus Anonymum Theologo-Politicum conscripto , et Amstelodami 1674. 4. edito inter alia ejus sententiam de Miraculis , cap. XI. ex infinito et solidissime refutauit , ita ut vlli exceptioni locus vix relinquetur . Circa Responsiones autem ad argumenta Brasis reg. Spinozae hoc praesertim est observandum : Cum in hoc toto negotio singulo divina libertas maxime illi oblit , id etiam praeципue agit , vt eandem , quomodo cumque possit , licet occulte , destruat : unde semper intellectum diuinum cum diuina voluntate confundit , tanta que facilius libertatem , tanquam praecipuum miraculorum requisitum , tolli posse arbitratur . Nos vero , licet facile concedamus , intellectum a voluntate diuina non ita distinctum esse , ac si diuina mens ex vitroque componatur ; nostro tamen concipienti modo utique differentia est admittenda , adeoque non idera affirmamus , si Deum aliquid velle , eumque aliquid intelligere , dicimus . Quin potius plura dantur , quae , tametsi Deus intelligat , nonnam tamen voluit . Quis , quaeso , negaret , Deum peccata quam optime intelligere , nec tamen eadem velle , quiuis , modo non de divino Numine impie sentire velit , potest perspicere . Quod porro affirmat , nihil nisi ex solo divino decreto necessario verum esse , et hinc universales naturae leges esse mera Dei decretaria ; quoad posterius sano sensu , cum Regnero a Mansvlt , concedi potest : quippe omnino ex perfectione naturae diuinae tanquam liberrimae profluent , at nulla externa necessitate , sed maxime interna voluntatis libertare ac complacentia , quae ab aeterno salutari quodam consilio eas ita dispositis atque ordinavit . Quando autem porror inserit , si quid in natura continget ret

ret, quod ejus universalibus legibus repugnaret, illud decreto et intellectui diuino repugnare: hic, recte monente MANSVELTIO, sub ambiguitate dolum videretur struere: nam si per universales naturae leges vniuersum Dei decretum intelligit, quo ab aeterno liberrime determinauit omnia; quae sunt, erunt aut esse possunt, tunc nemo affirmat, aliquid fieri posse contra leges naturae, vel contra illud decretum vniuersale: quis enim Deum tam impotentem et mutabilem statuere vellet? Ipsi enim, qui pro miraculorum possibilitate militamus, non contra divinum aliquod decretum, sed potius ex sola Dei voluntate atque decreto ea produci affirmamus. Quod si autem per vniuersales naturae leges intelligat illum naturae ordinem; quo pleraque operationes, cum rerum creatarum inde exacte conspirantes, nobis innotescunt; manifestum est, praeter illum quamplurimas produci posse operationes, tantumque abest, ut ex illis aliquid decreto et intellectui, imo toti naturae diuinae repugnans consipi queat, ut potius non aliunde, nisi ex solo quodam Creatoris decreto peculiari, deducantur. Cum enim communis ille naturae ordo tantum partem diuinorum decretorum absoluat; nihil obstat, quo minus Deus, tanquam Naturae Auctor, per aliud decretum non quidem naturae ordinem destruat atque euertat, tamen praeter illum, eo manente, res quasdam alter determinet, quam ex connata sibi natura ordinari potuerint operari. Adeoque cum citato auctore fatetur, leges et regulas naturae esse ipsa Dei decreta, sed Deum praeter illas nihil decreuisse aut decernere potuisse, negamus. Falsum igitur est, Deum, qui Naturae est Auctor et gubernator (quemque Spinoza, hypothesis sua innoxius, passim cum Natura ipsa confundit) contra Naturam suam agere, quando eius ordinarium cursum ad breve tempus interrumpit, vt opus aliquod extraordinarium, quod Natura cursu suo ordinario efficere nequit, producat. Quinimo si ad περὶ τὸν Φίλον Spinozam, de Deo a natura nondistincto, sedulo quis attendat, ad illud omnia respicere, eoque negato, cetera etiam ex isto illata facilime infringi posse, observabit. Falsum etiam porro est, miracula nonnisi respective ad hominum opiniones posse intelligi: respectus enim, cuius in miraculis ratio est habenda, ad naturae leges et ordinem a Codi-
tore praescriptum instituendus est; immo, nonnisi e diversa operationum ad ordinem istum relatione, natura miraculorum poterit diuidicari. Conf. circa ea, quae diximus, aliaque plura Regnerus a Mansuelt. I. c.

*Modus dis-
cernendi
vera mira-
rii.*

§. X. Stabilita tandem, et pro instituti ratione ab objectio-
nibus vindicata Miraculorum possibilitate, porro modus estindi.
candus, quo ad ductum rectae rationis a Philosopho inue-
cilia a sps.
niri possit, utrum factum aliquod pro operatione miraculosa
habendum sit, necne? Vbi ante omnia obseruandum, facti ipsius
narrationem probe esse expendendum, et scriptoris sensum prius
sedulo inuestigandum, ne, male intellecta historiae recessione,
applicatio suo, quem praestare debuisset, via destituatur. Sen-
tientiam inuestigato, vel saltem quodam hic supposito (non enim
in praesenti ex instituto exempliorum, infra allegandorum, inter-
pretationem philologicam aut exegeticam in situemus) illud no-
bis agendum est, vt omnes singulaeque illius miraculose ope-
rationis circumstantiae expendantur, ap in illis aliquid legibus
naturalibus conforme comprehendatur, necne? Si omnes cir-
cumstantiae illis accurate conueniant, naturalis et a miraculo
longe diversa censenda erit. Si autem vel unica inueniatur cir-
cumstantia, quae ex ordinariis naturae motibusq. legibus expli-
cari non potest, tunc non amplius dubitandum erit, adesse mi-
raculum. Frustra quidem haec a nobis tradi viderentur, cum
limites virium naturae non accurate definiti queant: quis enim
v. gr. nouerit, quousque naturae vires agentiumque naturalium
facultates se extendant, cum ipsis naturae limites plane igno-
remus? Verum enim vero, vt cum Observatore Halensi respon-
dteam,

C

deam, Obs. Halens. Germ. Tom. IV. n. VI. §. 2. tametsi hoc ignoremus, quidnam eoriis naturae vires valeant; quid ramen ferre recusat, non omnino nos latere potest, illudque certum nobis est ac exploratum, plurima non posse per naturales vires produci. Saepius enim huius aut illius corporis vires, naturaliter ipsi competentes, accurate definire non possumus; cum tamen illud, quod ipsi impossibile sic, facililime diuidicemus. *Quis nouit v. gr. quantum hunc vel illi homini sit possibile? quis cognitiois humanae terminos unquam descripsit?* nemo tamen est, qui non ea, quae ipsi factu impossibilia sunt, e. gr. supra aërem ambulare, se invisiiblē reddere, mysteria distincte cognoscere etc. possit dereminare. Vnde et illud patet, non statim in eo miraculum esse quaerendum, ubi operationis cuiusdam rationes nondum penetrare possumus: multa enim in hocce vero se nobis sīstunt, quorum modus operandi nos lateat, et tamen constans harum operationum repetitio in miracula quadrare non videtur: nisi igitur aliiquid a legibus naturalibus discrepans aperte consipiatur, non temere ad miraculum est recentendum.

Applicatio ad exempla. Quemadmodum igitur hac ratione dijudicatio veritatem eo dirigamus, non tantum mihi tanquam Theologac consecrato a prime conueniet, verum etiam insignis vius in Historiac sacrae cognitionem redundabit. Sic enim duo quædam extrema euitanda, eorumque medium ceu turissimum erit amplectendum. Neque enim eo delabemur, vt miracula dari posse plane oregemus, omniaque Scripturac exempla ad leges naturales, si non ubique obuias, saltem insolitas, referre audeamus: qui Spinozae antea jam allegati error fuit, et a nonnullis etiam

etiam Agrippae imputatus, qui Libr. de Vanit. Scient. c. 24. dicunt, per magos, vt naturae accuratisimos exploratores, peculiarem saepius effectum prōducī, quae vulgus putat miracula, cum tamē naturalia opera sint; licet hacc assertio mitior rem forte interpretationem admittat. Neque in altera parte excedemus, vt miracula praeter Spiritus S. intentionem nimium cumulemus, et, quae reuera per cauſas naturales explicari possent, praecipiu quodam iudicio, nec re fatis aetimata, pro miraculis vendicemus; cum saepius, diuina quidem Prudentia concurrente, specialis tantum cauſarum naturalium directio, circa mutationem tamen ipsarum legum naturalium, appareat. Quare in praefenti nonnulla exempla, diuerſa licet ratione, adducemus: quorum alia contra philosophicas quorundam explanationes vindicanda, alia autem contra receperas hypotheses ad naturae ordinem erunt reducenda: vt, diuerſa applicatione instiuta, vlus supra commemoratus eo clarius cognoscatur.

¶. XI. Quod ad prioris generis exempla atinet, plurimæ ex Sacro Codice ad instiutri praefentis illustrationem afferri possent, nisi pauca etiam eaque illustriora mihi, temporis et chartae rationem habituro, sufficerent. Quare primum ad miraculo-Transitus Israélitarum transitum per mare rubrum sive Idumaeum *Ifraelitarum* (cui etiam in plenisque transiſtus per Iordanem, Ios. III. descriptus, rubram. respondet) attendemus, et utrum ea phænomena, quorum Exod. XIV. mentio est facta, ad ordinarias naturae leges omnia referri possint, disquireremus. Non defuerunt sane, qui, vt miraculosa Dei operationem hic parefactam exploderent, nonnisi naturalia eaque ordinaria hic accidisse somniarunt. Sic v. gr. Porphyrivs infensissimus diuinæ veritatis olor, a Polo in Synopsis Critic. adh. I. citatus, Mosen, peritissimum naturæ, obseruasse auxum et refluxum maris, et refluxente illo suos traduxisse; Aegyptios autem ignorantes Auctu maris obrutos perfuisse, tradit. Verum si rei Gestæ narrationem ex diuinâ Reuelatione hauriamus,

mus, praesertim vero ad circumstantias passim obuias attendamus, impossibile erit, omnia in iis naturali modo conrigisse, affirmare. Legimus autem v. 21. 22. Mosen manum suam extensis supra mare, Deumque effecisse, vt recederet mare, vento vehemente, eoque orientali, per rotam noctem insidente, et mare adeo exsiccasse, vt aquae scinderentur: postea Israeletas medium mare per siccum humum ingressos, aquas vero instar murri a dextris eorum et sinistris fuisse, et v. 27. Mosen denuo manum extendisse, illudque ad suam vehementiam rediisse etc. Quibus rite persensis et examinatis, quilibet, modo non in ipsam Reuelationem, instar Porphyrii, iniurius esse velit, plura eaque aperi- tissima miraculi indicia deprehendet. Vt enim taceam manus extensio[n]em, a Mose diuino iussu factam, quac ad sequentem maris exsiccationem parum conducens, singularem Dei concursum interfuisse non obscure innuit, ad ipsum porcius effectum, prouti ab ipso Mose describitur, et causas naturales, in quantum leguntur concurrisse, respiciamus. CLERICVS, tametsi in Diss. de Maris Idumaei Trajectione, Commentario in Pentateuchum inserta, factum istud in usitata diuinæ potentiac efficacia, non legibus naturae, contigisse recte affirmer; nihilominus ab ea hypothesis, qua maris aestum aliquid contulisse censemur, non penitus recedit. Cum enim, teste DIO DORO sic vlo Lib. III. hoc mare aërum multum habeat et vehementem: hinc etiam tunc temporis eiusmodi refluxum contigisse arbitratur. V entum illum, cuius in facro Textu fit expressa mentio, non tam orientalem, quam septentrionalem fuisse putat, cuius vi plane insolita, tantam mari reciprocationem extitisse, quarta nulla vñquam conspicuta fuerit, adeoque mare, quod alias in refluxu constitutum breuissimo temporis spacio in eo permaneret, ita extraordinarie per illius venti impetum, quo minus recederet, fuisse impedimentum, vt interea viuieræ Iraelitarum copiae transire potuerent. Verum obstat partim significatio vocis ⌂'ת, que, ipso

ipso Clerico fatente, ⌂'ת ſez, ⌂'ת, oriens, descendit, et perperu plagam mundi orientalem, ⌂'ת ſez autem ventum in-de proficisci tem, denotare solet (nec sufficiens ratio est allata, quare ab hoc constanti vi recedendum, et pro vento vehemente fit accipiendum; cum porius ob sequentem vocem ⌂'ת hac ratione Taurologia, stylo Mosis historico plane indigna, admittenda foret) partim etiam illud obſtare videatur, quo minus Clerico affensum praebeam, cum exprefſe legatur, aquas per hunc ventum fuisse ſcifas seu diuifas, (neque enim verbum ⌂'ת aliam facile significationem admittit) porro dicatur, Israelitas medium mare ingressos, et aquas instar muri a dextra et ſinistra fuisse; iam vero per aefum a Clerico defcripum, et Boream, ſequane proprie diuifae non fuisse; nec, vt Clericus putat, aqua ad ſinistram in profundioribus lacunis haerens, pro altera aquarum parte haberí posſet, quippe viuierfa maris copia hac ratione dextrorum ſe recepiffet, neque Israelite in medium mare fuſſent ingrediſſi: quis enim eos, cum inter mare fluxu abruptum, et aquas, in lacunis tantum haerentes, verſarentur, diceret me-dium mare ingressos: neque hac ratione mare ab utraque parte instar muri fuisse dici posſet, ſi a ſinistra parte tantum aqua iſa lacunis haerens, nec cum muro ſatis apte comparanda, remaneret. Vt racciam, exprefſe dici, Israelitas ambulaffe in humo ſicca et quidem medio mari, vt adeo illa exſiccatio etiam inter duas partes non admotum inaequales contigiffet videatur. Hinc portius credimus, ventum iſtum orientalem, vivox ⌂'ת ſuader, in certam maris partem ſpirauiffe, (nam ſi contum mare attigiffet, illud portius ad Iraelitarum littus impulſum, quam proprie diuifum fuiffet) et supernaturali quadam vi fluctus partim septentrionem partim meridiem versus ita coēgiffet, vt in medio periuium iter remaneret: aut vehementer ſuo ſara aquas abſumendo, medium maris partem exſiccasse, ſimulque impediuiffe, quo minus aqua ſuperior naturali ſua fluiditate in-

particularum vento ablatarum locum subsequeretur, sed potius via exercitui parata, ipse transitus miraculose posset procurari: adeoque nec aestus naturalis, secundum Porphyrium, nec praeternaturalis, Clerico tradente, huc trahendus esse, videtur. Neque de eo iam disquiram, utrum tempore huius transitus ordinarius maris refluxus sive detumescientia esse poruerit? cum potius ex observationibus Geographorum cum Chronologia collatis possit contrarium demonstrari, prout hoc in peculiari Diff. Ienae 1697. habita, Summe Reserendum DN. D. BAIER VS nostrar abunde iam declaravit, ita vt. Lectore huc deducto, vteriori huius quæstionis ventilatione facile possum supercedere.

s. XIII. Ut brevem aliorum quoque exemplorum mentionem Ruina murorum Hierichuntinorum lapſus in Hierichuntis obsidione conspicuus, de quo richunitino: Jos. V. 20. agitur. Neque hic defuerunt, qui miraculi huius evidentiam cludere conabantur. Non dicam de illa explicacione in Observ. Halenf. T. IV. n. 6. obvia, qua, ope instrumentorum militarium, murum ea, qua debilior erat, parte arietibus peritum tandem corruisse, adeoque urbem expugnaram fuisse afferiuntur. Textui enim manifesto vim inferri, cuius legenti patet. Praeter hanc autem alia constat, et quidem antiquior priori, quam inter alios MERSENNVS suam fecit, arbitratus, muros istos ex naturali efficacia soni, qui ex inflatis buccinis ingenitique populi clamore edito insignis fuisse colligitur, potuisse dirui: cum ex soni illius proportione, murorum tensioni respondente, effectum istum consecutum fuisse non impossibile foret, quemadmodum mira soni efficacia in vitris, certo vocis sono ad eorum tensionem comparato contractis, et chordarum ex tensioni sua congruo vibratione, per varia experimenta recentioribus naturae curiosis innocuit. Verum enim vero alii iam viri erudit, et praesertim Cl. BVDDEVS in peculiari Differt de Ruina murorum Hierichuntinorum, Parergis Historico-Theologicas censer. Verum nescio sane, quid acurus aliquin ille

gicis inserta, ad ea faris superque responderunt, adeo ut responſionibus eorum prolixius repetendis facile supercedere queamus. Ea saltē breuissimis vrgere sufficiat, nempe I.) defectum hominæ experientiae, cum eaeteroquin Duces nostri longe facultati negotio castella expugnare possent, adeoque dudum huius rei fecissent periculum; 2.) lapidum et vitrorum insignem differentiam, ut ratione texturæ, pororum, superficiæ etc. multum a se inuicem diversa, hac ratiōne neutiquam inter se comparari possint. 3.) si vel maxime soni illius, per buccinarum clangorem editi, tanta in se efficacia fuisset; illa tamen per motum aeris undulatorium, ex sono concitatum, et in ceteras quoque coeli plagas diffusum, multum fuisset debilitata. Ut numerum septenarium ab Iſraelitis semper obſeruandum, it. fidem, cui Ebr. XI. 30. hoc factum adſcribitur, tanquam non leui miraculi documenta, silentio praetermittam. Vento autem, vel terraem motu, Deum iſtud procuraſſe, cum nec volam nec vestigium hac de re inueniamus, fingerem temerarium foret. Vtrum vero ille sonus, a populo per buccinas et clamorem editus, eatenus fuerit operatus, ut eius naturalis efficacia per Deum miraculose elenta, adeoque instrumenti loco tantum fuerit attributa; an affo quodam medio, aut immedieate Deus illud miraculum produxerit, Dies Ioh̄iae non audeo determinare. Denique ut tribus saltem, quod aiunt, tempore verbis attingam inclytum illud, toriesque decantatum miraculum, de die Ioh̄iae tempore proracto Iof. X. de eo iam non disquiram, utrum Sol, anne Terra potius, in motu suo ordinario fuerint impedita? Illud saltem Spinozae somnium, quo, prout omnia, ita et hoc miraculum in dubium vocare molitur, commemorabo. Nimurum in supra iam citato Tractatu Theologico-Politico, c. II. vbi incidenter, quod aiunt, tacti huius mentionem reddit, ex nimia glacie, quae tunc temporis in regione aeris erat, (conf. Iof. X. 11.) refractionem solito maiorem ori percutisse censer. Phil.

Philosophus haec scribendo cogitaverit: cum ne veri quidem speciem, immo apertam potius contradictionem, haecce assertio inuoluat. Hoc ante omnia erit supponendum, Scriptura docente, diem illum ceteris duplo longiorem, nec alium quemcumque illi fuisse similem, prout ex v. 13. 14. iſſius capituli appetat. Nam vero hoc supposito, prouti Spinozae, ad ipsam Scripturam passim prouocanti, iſta negare non licet, quanam illud ratione posſuerit procedere? Quid si enim ille dies tanto longior apparet, hoc autem non Solis aut Terrae extraordīnaria quiete provenit, sed forsan secundum Spinoram a refractione ex glacie in aëre posita, quae vero refractio omnino Solis illuminationem denuo praeſupponit: ergo aut Sol adhuc conspicuus esse debuit, miraculo intercedente, alias enim haec refractio absque eius illuſtratione concipi non potest: aut si citra miraculum via ordinaria infra Horizontem iam condebaratur, et quidem per tantum temporis spacium, quantum durationem dici exaequat (- dicitur enim in Textu Sacro per totum diem fuisse commoratus, quo minus occideret) vnde, quaeſo, prouenire posset haec refractio, niſi forsan ex igit̄ Spinoziani, haecce somniantis? Quare et huius miraculi veritas sancta manet ac intermerata.

Aqua inſſar sanguinis apparet. §. XII. Posteaquam sub finem §. XI. duas exemplorum classes me allaturum promisi: prioriam adducta, posteriorem tandem aggredior, et duobus exemplis ostendam, quomodo factum quoddam, pro miraculo vulgo habitum, ab ordinariis necessario ſit habendum et pronunciandum. Primum respiciamus ad historiam illam, 2. Reg. II. 22. 23. descriptam, qua, circuca ortum Solis, aquam Moabitis inſtar sanguinis viſam eſſe legimus. Quidam hic ad miraculum prouocantes, Deum aut immedieate aquas in sanguinem permutasſe, aut Moabitum ſensus ita excocasse, animunque eorum perturbasse existimant,

mant, vt aquam cernentes fanguinem ſibi apparet pūtarent, adeoque de Iſraelitarum caede male periuasi, et p̄adūq; am intenti, ad viciniam destinarentur. Verum tametsi haec omnia peculiari Dei cōfliſto et prouidentia facta eſſe non negemus, non tamen, vt hic flatim miraculum contigſe cōſteamis, opus eſſe arbitror. Praerer quam enim quod non impossibile ſit, aquam ex causis naturalibus interdum etiam rubedinem induere poſſe, cuius rei exemplum in Nouellis huius anni d. 21. Maii Mediolanino relatum legitimus: contingere etiam potest, vt ex deceptione quadam oþrica aliquando aqua sanguinofonta appareat, atque in cauſae ignaris non mediocrem admirationem exciret. Ccm. mode huic quadrat Phaenomenon, ab Excellentissimo D. N. PRAE-ſIDE mihi cōmunicatum, quod Noribergae in Observatorio Astronomico a. 1709. q. d. 18. Sept. 4. hor. circa. ab occidente Solis, nihil tale cogitans forte forruna obſeruauit. Cum enim, inquit, ex propugnaculo arcis, versus Septentrionem ſito, notabilis admo-⁺, dum internallo ſupra circumiacentem regionem elevato, can-⁺⁺ quam ſede Observatorii, versus Traiectum ad Pegneshum, vul-⁺⁺ go Sirth appellatum, pagum versus occafum horae circ. id.⁺⁺ teruallio ab urbe diffitum, proſpicere: ecce nihil minus co-⁺⁺ gitanti ſplendor alicius aquae rubicunde ſanguinæ apparet,⁺⁺ ortus vel ex colluie aquarum, ab antecedenti noeti et tem-⁺⁺ poris antemeridiani pluvia ſatis larga et copioſa, in illa regio-⁺⁺ ne et via quāli media, dictam pagum et obſeruatorium inter-⁺⁺ iacente, in vicinitate Pegneshi collectarum: vel ex ipſo alvo Pe-⁺⁺ gneſi, culus tamē raro alias ex illo traxi in oculis in-⁺⁺ cidere ſolent. Neque vero cauſam p̄haenomeni tam inopi-⁺⁺ nati circumſpiciēti diu erat lahorandum, ſiquidem, eo ipſo, tempore perquam opportune, tria et quibus tenuiores circa Horizontem occiduum exiſtebant, quāē ſole paulo ante con-⁺⁺ dito adhuc illuminatæ, eodem colore, vt faepe alias fieri leti-⁺⁺ tineatæ apparebant, quem dictæ aquarum colluuit recipien-⁺⁺ res

D

tes, per reflexionem ad oculum meum eo modo transmittentes, quo alias Sol ipse, in ea coeli regione et altitudine conseruitur, sive imaginem ex iisdem aquis paulo ante Occasum everius obseruatorum reflectebat, sive quasi in speculo conspicuum reddebat. Neque tamen diutius splendor iste aquae rubicundus sanguineus manebat, quam ipse nubes hunc colorum retinuerent, siquidem cum primum ex rubidine in palore et obscuritatem degenerare cooperunt, quod paucorum minutorum intervallo post, Sole infra Horizontem alius subiude merso, contigit, statim etiam color aquarum eadem ratione pallescere et obscurari coepit, donec tandem cum crepusculi tenebris ingruentibus omnia euanescerent. Hoc phaenomenon vix alias obseruacum, si cum illa Moabitarum historia parum vel nihil discriminis inde elucebit. Potuerunt igitur et illi deceptione quadam Optica quam maxime naturali laborasse: nec mirum, eos de Israelitarum sanguine ita iudicasse. Aquam enim, paulo ante miraculose Israelitis a Deo concessam, adesse ignorarunt: adeoque huius ruboris rationem non aliunde, quam ex sanguinolenta Israelitarum caede, deduci posse collegerunt.

s. XV. Coronidis loco de celebrissimo Sodomae excidio paucis disquiremus. Vulgo tam pluvia sulfurea atque ignita, quam Sodomae. ipsa locorum subuersio miraculum fuisse existimatur. Verum scilicet hic etiam Deus naturales causas arcana quadam prouidentia direxerit, nihil tamen praeter carum ordinem in hoc negocio, quod pro miraculo proprio dicto haberi possit, contigisse arbitror. Cum enim Deus sulfur et ignem depluentem procurasse legitur, illud partim cum CLERICO de peripheratica fulminis descriptione, qui peculiari diff. de Sodomae finitimarum que vibrum subversione, illud e locis tam sacris quam profanis abunde probat: partim etiam de peculiari aeris inflammatione explicitari potest, qua, praesertim in regione tam bituminosa, partam

ticulae sulfureae aut alia ratione inflammabiles, aerem copiose implentes, facile ira inflammari potuerunt, vt instar ignae pluviae oculis spectantium se exhiberent, et vaa cum fulminibus, verius vrbes directis, locorum incensionem prenouerent. Neque hic etiam experientia obscurationibus confirmata destituitur. Vt enim taceam, quod Clariss. SCHEUCHZERS Phys. Germ. a. 1711. edit. Part II. c. 24. §. 8. p. 185. commemorat de Pluvia ignea, quae, commemorant. SCHEFFERO a. 1629. in regione boreali cecidit, et alterius cuiusdam a. 1705. delapiae, quam ALEX. CATONIVS in Differ. quadam Vpfalica a. 1708. habita, descripsit: liceat solum ad observationem Excellentissimi D. N. PRAESIDIS, 1708. d. 22. Ian. fractam, prouocare. Cum enim sub horam dictae diei primam ab occasi Solis, frequenti fulgur ex horizonte occiduo emicante inuitatus, Speculum Noribergensium supra iam commemoratam consenseret, inter alia phaenomena noratu dignissima, ipsique nunquam alias visa, hoc quoque cum stupore obseruauit, circa plagam horizontis septentrionalem, ad occasum tamen vergentem, inter continuas fulgurum leuiorum evibrations, largissimas flammarum effusiones apparuisse, non secus ac si magna ignis liquefacientia ex lebete effundereur, eo fere modo, quo, imbre largo et copio lo cadente, aqua ex rectorum colliquis in unum quasi rivum collecta per arcum defluere, plateasque inundare solet: vbi haec quoque conuenientia clarissime cernebatur, quod riu illi ignei, cum in principio effusionis ignem quendam continuum et cohaerentem constituerent, in defensu tamen, et appropinquatione sua ad terram, magis subiuste diffuerent, atque in stirias et guttas igncas non secus, ac in modo commemoratis aquis, ex rectorum colliquiis descendantibus, fieri solet, spargerentur atque dissiparentur. Hisce igitur ita se habentibus, nihil obstat, quo minus ista etiam pluvia Sodomae immisla ad istorum frequenti rationem se exeruerit, vt parvum flammae tam

tam largiter effusac , aut saltet instar ardentium sulfuris aut picis guttarum delapſae , partim etiam fulmina grauiora conſanter illis intermixta harum virium accensionem intentarent . Sed licet pluia quidem naturae conformis videatur , ipsa ramen subuersio difficultius videretur ad naturae leges reduci posse . Verum hic etiam C L E R I C U S in citata diff. nobis consuluir , vbi f. IV. summa veritatis specie ostendit , bitumen , quo omnium consensu ille tractus maxime abundauit , cum facile flammam concipiat , per fulmina accensum fuisse ,flammamque etiam subterraneas sulfuris et bituminis venas ita peruersisse , ut abs sumta ea materia terra subſiderit , alveumque influentibus illuc aquis praebuerit : quae omnia sigillatum et copiosius exposita , exemplisque demonstrata , in Diff. citata §. l V. legi , magisque examinari merentur . Vtramque vero in hoc etiam negotio pugniam facit Summe Reuerendi D N. D. B A I E R I nostri Differtario , Halae 1696. de Excidio Sodomea , habita : qua , tametsi ſpeciali Dei influxum ac prouidentiam hic manifestaram non excludat , ad miraculum tamen velle refugere , superfitionis fodine arbitratur : quippe hoc etiam exemplum ad ordinarias natūrāē leges referri posse , Cap. II. accuratissime demonstrauit . Ne vero huius Differtationis cancelllos egrediar , hic potius subsifta , D E O Que T. O. M. pro viribus ad laborem istum , licet exiguum , perficiendum concessis , gratias ago habeoque immortales . Dirigat etiam im posterum Studiorum conatus , et prout iniitum eorum , quae est immensa Eius gratia , curauit , et progressum hucusque moderatur , ita precibus meis pro san-ctissima sua Voluntate ita quoque indulget , vt ad Nominiis ſui gloriam , Ecclesiae Patriaeque salutem , tandem optatum conſequantur

ad dijno dñi 25 ianuarii 1703
In monachis sancto Joh. & F. I. N. E. M.
Dirigat etiam im posterum Studiorum conatus , et
prout iniitum eorum , quae est immensa Eius gratia , curauit , et
progressum hucusque moderatur , ita precibus meis pro san-ctissima sua Voluntate ita quoque indulget , vt ad Nominiis ſui